



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118456**

§. 119. Divio ab Helvetiis obsessa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

**Secul. XVI.** que Provinciam tantum terrorem exten-  
**A.C. 1513.** debant, ut Galli iisdem, quibus jam toties  
 ab Anglorum armis opprimebantur, ma-  
 lis denuo exponi pertimescerent, quocir-  
 ca Rex Trimollium hujus Provinciæ Gu-  
 bernatorem revocavit, ut sese rapido  
 hostium torrenti objiceret, quamvis ad  
 tuendam hanc regionem nonnisi Lancea-  
 rii mille, peditumque sex millia præsto  
 essent: Unde probe conscius erat, si exi-  
 guam hanc suorum manum in plures ur-  
 bes partiretur, fore, ut ejusmodi præsi-  
 diis vi abstractis Helvetii, cum a tergo  
 cuncta tuta haberent, nullo negotio Pa-  
 risios usque victoriæ cursum protende-  
 rent. Hac ratione permotus, Divione  
 sese inclusit, ac sub urbis hujus ruinis tu-  
 mulum sibi feligere paratus, reliquam  
 Burgundiæ partem hostium arbitrio re-  
 liquit.

### §. CXIX.

*Divio ab Helvetiis obsessa.*

**Belcar. l. 14.** Igitur Helvetii Mense Septembri ad me-  
 dium vergente Divionem cingunt, fos-  
 fasque circum urbem obsidionales ad ex-  
 actas artis militaris leges ducunt; cum  
 vero moenia pene diruta essent, urbs haud  
 diuturnæ oppugnationi par esse vide-  
 batur, eo potissimum nomine, quod ho-  
 stilium tormentorum vi jamjam magna  
 muri

Sæcul. XVI.  
A.C. 1513.

muri pars dejecta, cunctaque ad impres-  
sionem parata essent; opportuno tamen  
tempestatis beneficio factum, ut ineunte  
Octobri pluviae accessum nimis lubricum  
redderent; quapropter irruptionis discri-  
men in aliam diem differre decretum.  
Ast ubi Helvetii intelligebant, quod Cæ-  
sar ulterioris moræ, qua Angliæ Rex jus-  
sa dare cunctabatur, perduces cum exi-  
guo suorum comitatu recessisset, ac non-  
nisi ad interiora Germaniæ perveniens  
substitisset, hinc illi segni duntaxat bra-  
chio obsidionem urgebant, reliquum tem-  
poris spaciū colloquiis cum Udalrico  
Duce habitis terentes. Trimollius inter-  
rea comperto Cæsaris discessu, ejus ab-  
sentiam in rem suam vertere satagebat,  
cumque per Divionis jacturam non mo-  
do Burgundiam, sed totam quoque Fran-  
ciam extremo periculo exponi prospice-  
ret, ut tantum malum averteret, mune-  
ris sui esse arbitrabatur: unde haud ex-  
pectato Regis mandato, quod forte ni-  
mis tardum pertimescebat, consilium ex-  
cogitavit, quo etiam feliciter hanc Pro-  
vinciam ab exitio exemit.

## §. CXX.

*Fœdus inscio Rege cum Helvetiis &  
Trimollo initum.*

Ergo cum Helvetiis de concordia agit,  
sancitisque aliquibus articulis polli-  
*Hist. Eccles. Tom. XXXII.* N n cetur,